Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8322
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

baptismate fuerunt, et sunt deputata, qui uenturus est iudicare. etc.

Quibus finitis benedicantur uestes eius cum psalmo De profundis etc. et cum peruentum fuerit ad uersum, Si iniquitates. etc. tunc fiant cruces ad singulas partes uestimentorum cum sale et aqua benedicta. Item dicatur ps: Memento Domine David, ut supra. etc. Et cum peruentum fuerit ad uersum: Hæc requies mea. etc. tunc iterum fiant cruces ad singulas partes uestimentorum, cum sale et aqua benedicta.

Oratio.

Deus bonarum uirtutum dator, et omnium benedictionum largus infusor, exaudi præces nostras, et hæc uestimenta N. famulæ tuæ benedicere et sanctificare dignetis, ne amplius in eis malignus spiritus ipsam aliquatenus molestare et impugnare præsumat.

Hæc infrascripta dicenda sunt super quemlibet maleficiatum, primo dicat ps. Qui habitat. etc. uel ps: Memento Dne David. etc. ut supra, cum